

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Anima y
cum fonte primo

Si animam negligamus,
nec corpus saluare poterimus.
Non enim anima pro corpore,
sed corpus pro anima factum est.
Qui ergo quod primum est negligit
et quod inferius est excolit,
utrumque corrumpit.
Qui uero ordinem seruat
et quod primum est colit,
eciam si negligat quod secundum est,
per primi salutem saluabitur et secundum.

Crisostomus in libro de reparatione lapsi.

Vides quanto maiore corporis quam animae
amore constringimur, ignorantes quia
si animam negligamus
nec corpus saluare poterimus.
Non enim anima pro corpore
sed corpus pro anima factum est.
Qui ergo quod primum est negligit
et quod inferius est excolit,
utrumque corrumpit.
Qui uero ordinem servat
et quod primum est colit,
etiamsi negligat quod secundum est,
per primi salutem saluabitur et secundum.

Iohannes Chrysostomus, *De reparatione lapsi*,
16 (SC 117, J. Dumortier ed., pp.302-3, ll.19-
27).